

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

perfectus apud marium cum grandi honore diutius uixit: ubi cum primum eiceretur: non in lepidum quidam dixisse fertur. Male inquit facitis uiri Cyrenaiici: quod me ex Libya in gratiam exulem agitis. Fuerunt autem theodori uiginti: primus Samius rhœci filius qui consuluit carbones fundamentis ephesini templi subici. Nam cum humidus esset locus carbones ait omissa ligni natura soliditatem accepisse humori inuolabilem: Secundus Cyrenaicus geometra: cuius & plato auditor fuit: Tertius hic ipse philosophus: Quartus cuius fertur libellus de uocis exercitatione: Quintus qui de legislatoribus scripsit: a terpandro initium sumens: Sextus stoicus: Septimus qui romanas res conscripsit: Octauus syracusanus qui de re militari scripsit. Nonus Bizantius in causis ciuilibus clarus: Decius similiter cuius & Aristoteles in cratoꝝ epitome mentionem facit: Undecimus Thebanus sculptor: Duodecimus pictor. cuius & polemo meminit: Tertius decimus Atheniensis pictor: de quo menodotus scribit: Quartus decimus ephesius pictor cuius theophanes in libro de pictura meminit: Quintus decimus epigrammatum poeta: Sextus decimus qui de poetis scripsit: Septimus decimus medicus Athenei discipulus: Octauus decimus Chius philosophus stoicus: Nonus decimus Milesius & ipse philosophus Stoicus: Viceſimus tragœdiarum scriptor.

phædon.

Phædon elienſis nobili ex familia cum patria una comprehensus: coactus est intra cellulam infami se quaestui addicere. Adiecto tamen ostiolo Socratis contubernio magistroque fruebatur: quoad ipsum Alcybiades seu Crito Socrate monente redimeret: ex eo iam liberaliter philosophabat. Hunc Hieronymus in libro de ascensu retinendo seruum fuisse asseuerat. Scripsit autem dialogos: de quibus nihil dubitabat Zopyrus & Simon: De nicia controversia est: Medum: quem Aeschinis esse plerique tradunt: Alii uero polymeni: Anthimachum siue Sees & de hoc ambigunt. Scythicos sermones etiam quidam Aeschinis esse asseuerant. Successor autem eius fuit plistanus elienſis: & ab eo tertius Menedemus eretricus Asclepiadesque phliasius a Stilpone deriuantes: atque ad hos usque elici sunt appellati. A menedemo autem eretrici: de quo postea dicemus: iccirco quod & ipse sectae princeps atque auctor fuerit.

Euclides.

Euclides a megaris oppido: quod isthmo adiacet: siue iuxta quosdam gelous: ut in successione tradit Alexander: permenidis librorum in primis studiosus fuit. Ab eo megarici denotati sunt: qui postea eretrici: postremo dialectici dicti sunt. s. quos ita prius Dionysius carthaginensis iccirco appellauit: quod interrogando ac respondendo sermones librosque componeret. Ad hunc ait Hermodorus post Socratis mortem uenisse platonem ac phos reliquos metu atrocitatis tyranoꝝ compulsos. Hic bonum esse unum diffiniuit multis uerbis celebre: Aliquam. n. hoc dici prudentia: quandoque deum alias mentem appellari: & huiusmodi cetera. Quae bono aduersa uiderent sustulit: ea ne esse quidem dicens: uter-